

votum, quia non esset promissio Deo facta, ideoque eius transgressionem habituram esse malitiam specie distinctam a transgressionem voti; ordinari tamen quando quis voverit Sancto, censetur velle vovere Deo, uti notant Suar. Less. Lugo, Dicitur de p.n.d. p. 1. n. 544.

1001 §. 7. Si ex motivo temperantiae voveris, & præterea superior ex eodem motivo imperet, ut ieiunans pridie S. Andreæ, si non ieiunet, erunt tria specie peccata, 1. contra temperantiam ratione præcepti Ecclesiæ. 2. Contra fidelitatem Deo debitam ratione voti. 3. Contra obedientiam ratione præcepti Superioris. Nec obstat, quod tu voveris, & Superior imperaverit ex eodem motivo temperantiae, nam adhibes ubique aliud motivum intrinsecum, nempe in voto, ut exhiberes fidelitatem Deo, in præcepto, ut exhiberes obsequium Superiori.

1002 §. 8. Si votum fuerit iuratum, transgressio illius erit duplex specie peccatorum: tum ratione voti contra religionem, tum ratione iuramenti contra fidelitatem, ut explicatum est in l. 3. p. 1. n. 208, & quoad rem consentiunt Tamb. Stoz. l. 1. p. 109. 52.

1003 §. 9. Transgressio voti penaliter secundum speciem est diversimode censenda, prout votum fuerit diversimode factum, nam qui vovit ieiunium, si furaverit, confitens furtum tacere potest votum, dummodo expleverit. Qui vovit non furari, & si furetur, ieiunare, confitens furtum addere debet fuisse votum non furari. Qui vovit, vel non furari, vel si furetur, ieiunare, confitens furtum tacere potest de voto, ut dictum est l. 3. p. 1. n. 471.

1004 Q. 142. Quando distinguenda sit species in peccatis contra tertium præceptum Decalogi? R. Dicitur a num. 1102. quando de præceptis Ecclesiæ.

1005 143. Quando distinguenda sit species in peccatis contra quartum præceptum? 1. Odium, detractio, irrisio, contumelia, & similes iniuria facta contra parentes, sunt diverse species ab iniurijs alteri proximo factis, quia sunt contra pietatem, que obligat ad speciale reverentiam, obsequium & cultum erga illos, Dicitur d. 9. n. 372. Nominæ parentum autem veniunt etiam avus & pravaus, Lugo. d. 16. n. 298. Tamb. de confess. l. 2. c. 6. Non autem vel trivitus, quamvis etiam illis aliquid deberi merito putat Dicitur a num. 582.

1006 §. 2. Actio contra parentes facta non adversetur pietati, non est diverse species, unde nec opus erit in confessione dicere hoc parenti factum esse, & sic est furtum, quod, per se loquendo pietati erga parentes non adversetur, nisi forte hi per illud veniant in periculum paupertatis.

1007 §. 3. Sunt iniurie specie diverse, quas pater infert filiis, & quas nepotibus; item quas coniug conjugi, quia isti omnes debent sibi specialem amorem.

1008 §. 4. Iniuria a patre facta filio distinguitur specie ab iniuria filio facta patri, aut a viro facta coniugi, unde Titius, qui patri, filio & coniugi fuit iniurius, non satisficit dicendo, tribus propinquis feci gravem iniuriam, sed explicare debet personas singulas, quia licet omnia sint contra pietatem, tamen in singulis est diversa deformitas ratione diversæ tituli conjunctionis, in quibus fundantur diversæ obligationes ad singulos. Et hinc etiam iniuria facta fratri vel forori differt specie ab ea, que fit parentibus: & ob conjunctionem sanguinis etiam differt ab ea, que fit extraneis. Iniuria tamen facta fratri non differt specie ab ea, que fit forori, quia est conjunctio similibus. Et universaliter putant Lugo & Dicitur a num. 584. non quamvis iniuriam contra fratrem aut sororem habere malitiam contra pietatem, sed debere esse valde gravem & atrocem.

1009 §. 5. Si fiat contra alios propinquitate gradus, non ideo contrahitur nova species in confessione explicanda, Dicitur a num. 586. Ut nec si fiat contra Sacerdotem, Dicitur a num. 589. excepta percussione aut simili inhonoratione, per quam excommunicationi incurritur; tum enim ex addita poena colligitur talem actionem specialiter prohiberi ab Ecclesiâ ex motivo religionis, Lugo n. 310.

1010 §. 6. Si iniuria fiat in Superiorem ut Superior est, additur nova species, hinc si quis formaliter contempserit vel præceperit vel præcipiens transfugerit, quia prohibuit est, quia hic vel ille Superior prohibuit, peccat graviter, secundum dicta lib. 5. a. n. 237. & addere debet in confessione; nam præter inobedientiam respectu præcepti adesset malitia contra reverentiam, & observantiam Superioribus debitam. Resse tamen notat Lugo n. 309. si peccatum non tangat Superiorem ut Superior est, ver. g. si revelet secretum, quod Superior tanquam amicus ipsi commisit, non ideo addi novam speciem malitiae.

1011 §. 7. Si superior habeat duplicem potestatem imperandi, ut nam ratione iurisdictionis, alteram ratione voti, quod subditus obligavit ad illi obediendum, si hic subditus non obediatur, peccat dupliciter, nempe contra iurisdictionem & contra votum. Quamvis autem Superiores regulares habeant potestatem iurisdictionis immediate a Papa, & religionis ex vi voti facti a subditis, communitur tamen nolunt obligare nisi ex vi voti, & tum addunt se imperare in virtute sancti obediunt. Quod si addant gravem poenam, v. gr. dicant. Sed ad communicationem, probabiter dicantur Henric. Con. d. 7. dub. 3. Bonap. de pecc. d. n. 40. Palav. de pecc. d. 9. q. 2. art. 2. Dicitur de conf. d. 2. dub. 22. contra Vasq. Castr. Quidam, ex addita tali poena colligi debere, quod velit per potestatem iurisdictionis non tantum urgere eandem rem, sed etiam addere novam vim obligativam.

1012 §. 8. Si aliquis non sit vere superior, quia non habet iurisdictionem in foro externo, sed tantum vim obligandi ex voto, uti Confessarius, qui secularis sacerdos vovit obedire in omnibus, que iudicaverit sibi salutari convenire, tum certum est solum peccare contra votum, quia non potest præcipere: ergo nec peccat contra obedientiam, prout hæc supponit iurisdictionem distinctam, indeque ad rem a Confessario præscriptam tantum tenebitur ex obligatione fidelitatis servanda Deo, Castr. de pecc. d. 3. p. 3. n. 15. Dicitur de p.n. d. 9. a. n. 358.

1013 §. 9. Lex & præceptum Superioris facere potest, ut actio præ-

cepta vel prohibita spectet ad illam virtutem, ex cuius motivo præcipitur aut prohibetur aliquid, uti explicatum est l. 1. a. n. 624. & l. 5. a. n. 137. Patrago Stoz. l. 1. p. 109. Superiores regulares semper præcipere ex motivo virtutis, ad quam spectat actus, quem præcipiunt. V. l. 1. n. 628.

§. 10. Si quis fiat contra benefactorem, non ideo additur nova species, quia obligatio gratitudinis est libera. Cæterum tamen aliquos afferunt Castr. Tur. Lugo n. 385. in quibus ratione magis beneficentie videtur mutari species.

Q. 144. Quando distinguenda sit species in peccatis contra quintum præceptum? R. §. 1. Si occidens præterea discipat cadaver, præcindat membra, evellat cor &c. additur specie distincta malitia, nempe feritas, Suar. Lugo. Tamb. Stoz. l. 1. p. 109. 71. Quod etiam aliqui dicunt de eo, qui bestiam, v. g. canem mere ad se oblectandum, ut ad oblectandum dominium, quod habet in bestias, exoriat, vel aliat vivum: hic enim est species inhumane crudelitatis.

§. 2. Accedit species sacrilegii, si fiat occisio, vel gravis & iniuriosa percussio persone facta, aut si cum effusione sanguinis fiat in Ecclesiâ, in qua si fiat percussio laici sine effusione sanguinis, probabile est non fore sacrilegium, quia canon tantum loquitur de illa percussione, que fit cum effusione sanguinis, & loquitur de illa percussione, itant non sufficiat aliquot guttas effundere, Lugo quidem enormi, itant non sufficiat aliquot guttas effundere, Lugo Stoz. n. 57. Aversa, l. 10. f. 11. Tamb. de Conf. l. 2. c. 6. n. 4. Artaumen etiam probabiliter dicitur Fagund. & Dicitur de d. 9. n. 660. non tantum per illa, per que excecatur aut pollicitur Ecclesiâ, contra specialem malitiam sacrilegii, fed etiam per alia, que specialiter dedecent & notabiliter inhonorent locum sacrum, uti essent publicæ pugnae, percussiones hominum, contumeliose rixæ mulierum, inductio equorum velat in stabulum, exoneratio ventris, & similia; sicut enim ejusmodi actiones habent specialem indignitatem, si fierent in conclave Regis, at si fiant in loco sacro, maxime si expolitur sit, vel ibi abscervetur Venerabile.

§. 3. Diversæ species est occidere vel percutere personam proxime junctam sanguine, uti constat ex dictis a n. 1005.

§. 4. Velle occidere distinguitur specie a velle tantum gravi-1018 ter vulnerare, quia sunt contra diversa jura, nempe ad vitam & ad integritatem corporis, Stoz. n. 587. Similiter imprecari mala diversi generis, uti sunt mala in foris, in honore, in corpore, in anima, sunt peccata specie distincta, uti specie distinguuntur damnificationes, quia essent lesiones diversi juris vel boni. Quidam de pecc. contr. 5. n. 49. si tamen aliquis imprecatur sit alicui femel, uti frangat collum, femel ut diabolum illum auferat, femel ut esset damnatus &c. ordinari satisfacit dicendo, ter imprecatus sum alicui grave malum, quia talis imprecans ordinari non distinguuntur ita mala, sed ideo imprecatur, quia in genere malum est.

§. 5. Si odium sistant in mere desiderio inefficaci sine voluntate inferendi malum, quod tantum quasi fovetur, erunt unius speciei desiderare proximo paupertatem, infamiam, mortem, & laesitiam dicendo, ter desideravi proximo grave malum, ut gavilium sum de malo gravi proximo, quia cum sistant in voluntate inefficaci, nec ledatur ut optetur lædi jus particulare, erit tantum contra charitatem in genere, quia non deberamus veli malum proximo, Lugo. d. 16. n. 259. Dicitur a num. 498. & alii contra Mol. Suar. Silv. Con. & alios.

§. 6. Tamb. n. 11. patet ejusdem speciei esse delectari de ma-1020 glo malo proximo, & habere differentiam de magno bono illius, quia unum in alio imbutitur, hinc dicitur sufficere, si dicat: bis circa bona vel mala proximi graviter læsi charitatem per malum voluntatem: sed facilius & clarus erit, si dicat: femel gavilium sum de malo, & femel dolui de bono magno proximo.

Q. 145. Quando distinguenda sit species peccati contra sex-1021 tum & nonum præceptum? R. Quam necessarium est de his multa speculative scire, tam periculotum est dicere vel docere: do, quantum sufficit, ut opus non sit in aliis libris majores fordes scrutari. Et quia opus est scire, quæ voces significent, Lector, inquit Gerlon. p. 2. n. 23. lit. A. obsequitatem materiae ad verborum excusationem habet: Præparat se, inquit idem n. 38. lit. A. audire casu idem, quod pro castitatis cognitione necessitas cogit aperire: omnia munda mundis;

§. 1. Interna tantum delectatio five contentia in objecto turpis, dicitur morosa delectatio turpis. Voluntas faciendi aliquid turpe, dicitur desiderium turpe. Excitatio partium padendarum aut spirituum genitalium circa illas, dicitur motus, comotio, delectatio venerea. Tactus, osculatio, aspectus, lectio, locutio de rebus turpibus, si fiant propter delectationem veneream, etiam dicuntur venerea. Effusio feminis extra vas naturæ dicitur pollutio five mollietas. Effusio feminis in eodem perfecti dicitur dilutatio. Si coeat solutus cum soluta, est fornicatio, si cum alieno conjugetur, est adulterium: si cum persona facta, est sacrilegium: si cum conjugata, est sodomitium: si cum virgine invicta, est stuprum: si cum virgine vi ablata, est raptus. Si coeat mas cum mare, vel femina cum femina, est sodomia perfecta, si mas cum femina in vase non naturali est sodomia imperfecta: si homo cum bestia, est bestialitas, ad quam reducitur coitus hominis cum demone humanam formam assumente: singula autem ista peccata sunt de se mortalia & ab invicem specie distinguuntur, ut jam magis declarabo.

§. 2. Delectationes morosae turpes non distinguuntur specie, quando versantur circa objecta turpia notabiliter diversa in genere moris, quia specificantur ab objectis, secundum dicta l. 5. n. 128. Hinc si delectatio fumatur de aliqua etiam circumstantia ut tali, contrahit ejus malitiam, v. g. si quis pure morose delectetur de copula cum forore, in quantum foror est, contrahit malitiam incestus, nec satisficit dicendo: delectatus sum copula cum aliqua, fed addere debet cum forore, uti communissime omnes cum Arr. de pecc. d. 47. n. 23. & Rhod. de pecc. d. 1. q. 3. l. 3. §. 4. Ratio est, quia singulari delectatione formaliter respiciuntur delectabiles diversæ, a quibus specificantur. Raro tamen fit, ut ejusmodi circumstantia: refundant distinctam malitiam, cum specialem delectabilitatem vix habeant.

1024 §. 3. Si delectatio morosa materialiter tantum feratur in talem circumstantiam tenentem ex parte objecti, quæ ideo non sit expresse vel directe volita, v. g. si quis delectetur copula, cogitando ac si peccaret, aut quomodo peccaverit cum Religiosa aut cum conjugata, ita tamen ut nec desideret copulam, nec delectetur illa prout est cum religiosa aut conjugata, multi, adhuc cum Sauch. in Dec. l. 1. c. 2. n. 11. Lessio l. 4. c. 3. n. 122. Lugo d. 16. n. 263. Bonac. de Matr. q. 4. p. 8. n. 20. dicunt refundi malitiam specialem illius circumstantiæ, que est persona facta vel conjugata, ideoque hæc esse exprimentendam in confessione, uti sententia referunt Arr. a n. 255. & Diana p. 1. t. 7. R. 45. fed sententia negans est prædicta probabilis, quam defendunt Angel. Pefant. Vasq. Sa. Regn. Vill. Bonac. Con. Salas. Syst. Hart. Castr. t. 2. d. 2. p. 10. §. 4. Tamb. de pecc. d. 4. q. 8. a. n. 148. Rhodens supra, Aversa l. 10. f. 11. p. 8. Quidam, Oviedo de pecc. contr. 4. n. 57. Dic. d. 9. a. n. 71. Card. in 1. c. 18. d. 44. n. 47. Herinc de pecc. d. 7. n. 33. Moya t. 3. d. 2. n. 70. Sporer n. 405. & valde probabilem fatetur Less. cum Bonac. Ratio est, quia cum delectatio sit actus inefficax, non tendit in tale obiectum prout a parte rei poneretur, fed tendit in illud, prout est delectatus; circumstantia autem Religiosi status vel conjugii alieni non habet delectabilitatem veneream, adeoque voluntas affectiva præcindit a tali circumstantia, ideoque affectus voluntatis non movetur a tali circumstantia, imo per illam potius averteretur a copula. Unde universaliter loquendo circa peccata, que malitiam habent ratione delectationis, quantum quis nude delectatur aliquo obiecto, contrahit malitiam illius tantum circumstantiæ, qua affectus movetur. Nec obstat, quod ille, qui delectatur copula cum aliquo in celo Sancta, contraheret malitiam irreligionis, nam disparitas est, quod religio videtur polulare etiam mentalem reverentiam erga Sanctos in celo, non item erga viatores.

1025 Objic. Si ideo non contrahatur malitia adulteri, quia non delectatur formaliter de adulterio seu injuria conjugis, ergo qui delectatur voluptate, que est in fornicatione, non ideo contrahit malitiam fornicationis, quia delectatur voluptate, que abstracta a licita & illicita, cum ipse possit esse in statu Matrimonii, & tum ipsi licita esse voluptas copulae. R. n. conf. disparitas est, quia voluptas illa, cum de se exicit spiritus generationis deservientes, semper opponitur castitati, nisi in subiecto illam quærentem præsupponatur jus ad actum generationis, quale jus nemo habet, nisi actu sit conjugatus; unde quamvis tale obiectum, nempe copula secundum se sit indifferens, tamen cum semper obijciatur homini vel soluto vel conjugato, non repugnat illi subiecto.

1026 §. 4. Si quis tantum morose delectaverit se, femel pollutione, femel fornicatione, femel sodomia ut talibus, non satisfacit dicendo, ter delectavi me in obiecto turpi, sed addere debet species infimas, femel in pollutione, femel in fornicatione, &c. quia hic adus formaliter respiciunt objecta & delectabiles diversæ: ergo ab illis desumitur diversa species moralis, & in hoc conveniunt omnes. Major difficultas est, si delectat se in illis obiectis, non ut talibus, fed secundum se; & in hoc casu adhuc has delectationes distingui specie, ideoque esse in confessione explicandas, dicunt cum communi, & probabiliori, Vasq. de pecc. d. 12. n. 5. Less. n. 122. Castr. n. 4. Oviéd. n. 54. Dic. n. 624. Card. n. 26. Herinc n. 32. qui hæc delectationes adhuc pro obiecto habent delectabiles intra materiam luxuriæ specie morali diversæ, non aliter ac delectationes de furto, & vindicta intra materiam justitiæ, five dicat illas delectabiles esse objecta formalia five materialia tantum: ergo species distinguuntur. Rationem aliam dat Dic. quia delectatio de pollutione est inchoata pollutio, de fornicatione est inchoata fornicatio, de sodomia est inchoata sodomia: ergo specie distinguuntur, quid dicit aliqui recentiores, inquit, non digni, qui audiantur. Et contra tamen Bervæus in Regula prudens, & pii Confessarii p. 1. t. 2. c. 7. fatetur aliquos dicere morosas delectationes non distingui specie. Et idem docerat Recentior apud Moyam t. 3. d. 3. n. 81. item Auctor opusc. 64. apud S. Th. quem secutus fuerat Sa. fed correctus est a Magistro S. Palatii; hinc sententiam illam vocat omnino improbabilem Moya n. 83. His non obstantibus Bervæus p. 2. De sexto præcepto Decalogi, p. 1. docet probabilius has delectationes morosas esse ejusdem speciei, quia sunt actus voluntatis inefficaces, qui desumunt malitiam, non ab obiecto, fed a motivo, quod est affectus carnalis procedens a vitio luxuriæ, & opposito sibi effectu castitatis. Docet etiam Arr. n. 28. quem sequuntur alii recentiores, delectationes ejusmodi venereas saltem sentiri non distinguuntur specie, quia omnes unde desumunt malitiam, quod feruntur in delectabilem veneream ortam ex motu feminis vel mollium spirituum valde proportionatorum organo tactus; ergo cum hæc delectabiles sit eadem, five proveniat ex hoc live ex illo obiecto cogitato, hæc obiecta non videntur moraliter differre in esse obiecti in ordine ad diversificandas illas delectationes; fed sicuti voluntas delectando se in copula cum Religiosa communitur præcindit affective a statu persone Religiosæ, quia affectus specialiter non movetur per illam circumstantiam religiosi status, ita voluntas contentiens in delectationem sensitivam ortam ex cogitatione, v. g. de pollutione, præcindit affective a tali emissionem feminis, quia tantum movetur illo obiecto ut causativo commotionum turpium, que eodem modo delectant, etiam si causentur ex cogitatione de fornicatione vel sodomia. Nec obstat, quod delectationes turpes mere spirituales circa illa obiecta specie differant, nam hæc videntur tendere in illa obiecta ut talia, cum aliter non habeant, per quod delectant; non ita sentitive, que omnes delectant per similes commotiones venereas; Et sententia sic explicata videtur esse aliquo modo probabilis.

1027 §. 5. Ex circumstantia voti tenentis ex parte subiecti peccantis refunditur in delectationem etiam morosam specialis malitia contra fidem Deo datam, quia specialiter se obligavit ad

vitandas etiam internas illas delectationes, vovit enim castitatem, non tantum corporis, sed etiam mentis: hinc si Religiosus morose delectatus sit de obiecto turpi, tenetur suum statum aperire. Et contra circumstantia consanguinitatis, quamvis etiam partialiter se teneat ex parte subiecti, non refundit malitiam incestus in delectationem morosam, quia factum dicta n. 1024. voluntas præcindit affective a consanguinitate, neque ex alio capite colligi potest, quod talis delectatio simplex sit specialiter contra reverentiam conjunctis debitam, Less. Oviéo, & alii.

§. 6. Qui habuit turpem delectationem internam, cum qua 1028 est orta commotio spirituum genitalium vel delectatio sensitiva, dummodo abierit tactus & periculum pollutionis, satisfacit confitendo delectationem internam, quia cum illa commotio spirituum, & delectatio externa sensus fuerit commotetur, istas in tactus, pollutio, aut alius actus externus, hoc debet exprimi, quia cum hæc possint non sequi, non intelliguntur, explicato solo actu interno, Card. n. 118.

§. 7. Qui commotionem spirituum assmit tanquam materialiter 1029 pollutionem habendam, si polluitur non sequatur, tenetur exprimeri in confessione se per commotiones intendit pollutionem, quia tales commotiones ab illo sine habent novam malitiam quam ex se non habent, cum per se non sint in specie pollutionis sed potius fornicationis, in quantum ex natura sua ordinantur ad copulam & non ad pollutionem. Similiter qui tales commotiones virtualiter refert ad pollutionem, tenetur hoc in confessione addere; tum autem censetur virtualiter ex referre, si eas intendat habens pro motivo delectabilitatem pollutionis, aut in eis prævidens periculum pollutionis.

§. 8. Qui sine ullo desiderio personam venereæ aspicit, non 1030 tenetur dicere, qualis persona fuerit: si tamen invitam vel etiam volentem tangeret, vel oscularetur, condicio personæ est declarationem talis persone, contra jus vel conditionem.

§. 9. Qui sine desiderio venereæ attingit puellam, secundum 1031 Dian. p. 3. t. 4. R. 225. satisfacit dicendo se toties attingisse turper, nihil dicendo de partibus, in quibus attingit. Alii probabiter dicunt exprimentur, si partem turpem attingit.

§. 10. Desiderium turper aspiciendi, rangendi, osculandi, 1032 fornicandi, distinguuntur specie non tantum a morosa delectatione de illis obiectis, sed etiam singula ab invicem, quia tendunt in illa obiecta prout a parte rei poneretur, si autem a parte rei poneretur, distinguuntur specie, uti patet; hinc qui femel delectatus est cogitatione de copula, & femel desideravit copulam non satisfacit dicendo, bis habui turpem cogitationem, fed dicere debet, femel delectatus sum copula, & femel desideravi. Similiter qui femel desideravit apicere, femel osculari, desideravi aliquid turpe facere, sed tenetur ea obiecta exprimeri, etiam si desiderasset tantum sub conditione, & c. si auferet, aut licitam obiectivam, tum etiam quia licet consensus sit conditionatus respectu obiecti, in se tamen est consensus sit conditionationis pro cognitionem præsentis circa tale obiectum. Neque tamen opus est addere, an actus circa obiectum fuerit absolutus an conditionatus, Aversa q. 10. f. 10. §. 2.

§. 11. Si quis conuersit mulierem, non reflectens ad con- 1033 ditionem illius, an nempè esset libera, an conjugata, & ab avo adhibita, an consanguinea, si nullam habuit advertentiam ad has circumstantias persone, satisfacit dicendo, desideravi fornicari cum una. Si dubitet, an advertenter saltem consuevit, videndum est, qualis fuerit antecedens comparatio animi, nam si solius est abhorre ab adulterio, sacrilegio, incestu, praesum potest, la species, a que solebat abhorre, nisi fuerit sine discrimine modo advertit, & animus erat ad omnia comparatus, unde accensare fe debet de tali desiderio, & de solita animi comparatione ad qualibet personas. Quod si persona erat talis, ut facilius dignosceretur esse non conjugata, non est præsumendum de sumendum de sacrilegio, quamvis enim hæc aliquando fallant, tamen communitur solet tantum causari conceptum conuentionens tali persone, quam refert species seu habitus exterior.

§. 12. Certum est omnem deliberatam emissionem feminis, 1034 quantumcumque parva sit, esse pollutionem, & peccatum mortale, Dicitur Gobz. 10. n. 590. Quod si pollutio orta fuerit ex vehementi delectatione interna, confitens pollutionem non tenetur exprimeri actum internum, quia hic fati intelligitur, neque transfert pollutionem ad aliam speciem. Si tamen pollutio orta est ex tenuiori delectatione de actu sodomico vel fornicario, docent Card. debere addi inde ortam esse, quia respicietur per alterum hominem libere cooperantem, hoc addi debet, tum propter cooperationem ad alterius peccatum, tum quia communiter fiet ex affectu ad talem hominem, ideoque erit inchoata copula fornicaria, sodomitica, adulteria vel incestuosa, prout erit status & condicio persone. Et hinc etiam quando pollutio procuratur mediante bestia, censeri debet inchoata bestialitas, quod si nullus fuisset affectus ad copulam cum tali persona vel bestia, Caye. putat non esse opus in confessione adde-

re de hoc vel isto modo causata pollutionis, quia videtur mare...

- 1036 §. 14. Qui cavavit pollutionem in altero, tenetur addere, an hic...
- 1037 §. 15. Qui habet votum castitatis, & causet in alio pollutionem...
- 1038 §. 16. Quae specialiter notabiliter repugnant honestati naturae...
- 1039 §. 17. Qui commisit grave peccatum contra castitatem, ut cum...
- 1040 §. 18. Si quis fornicationem, nec tenetur dicere, an aliter...
- 1041 §. 19. Si Confessarius penitentem suum sollicitaverit (1) in...

(1) Vide ad n. 1204, quae contra sollicitantes salubriter dicitur...

In Generali Congregatione Sanctae Romanae, & Universalis... §. 27. Si abducatur sponsa de futuro, vel etiam de presenti...

nerali Decreto Supremae Inquisitionis die 15. Decembris 1637...

- §. 20. An prima fornicatio vel pollutio tollens virginitatem...
- §. 21. Henr. Fill. & alii, in quorum sententiam inclinat Men...
- §. 22. Henr. Sanch. Less. Lugo n. 326. Avera §. 10. fess. 1044...
- §. 23. Si quis impotens, frigidus vel Eunuuchus tenet fornicari...
- §. 24. Multi cum Bon. & Sanch. in Decal. l. 1. c. 6. n. 14. pro...
- §. 25. Si raprum specie differt a simplici fornicatione, quam 1047...
- §. 26. Raptus, cum adjunctum habet abductionem, specie 1048...
- §. 27. Si abducatur sponsa de futuro, vel etiam de presenti...
- §. 28. Qui incipit, & non absolvit copulam, debet id expli...

care, quia est fornicatio in affectu tantum, & re ipsa solum ta...

- §. 29. Qui habet delectationem internam, v. gr. de sodomia...
- §. 30. Si conjux tantum delectetur de copula cum aliena...
- §. 31. Qui peccat cum conjugata, etiam consentiente marito...
- §. 32. Si conjux invice conjugat peccet cum altero, peccat...
- §. 33. Si conjugatus peccet cum conjugata, est duplex adulterium...
- §. 34. Si conjux cum soluta exerceat sodomiam oscula, tactus...
- §. 35. Quamvis Matrimonium inter fideles sit elevatum ad sa...
- §. 36. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...
- §. 37. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...
- §. 38. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...
- §. 39. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...
- §. 40. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...

nem facte promissionis. Si tamen Titius Matrimonio Cajae prom...

- §. 38. Non est opus explicare, an persona sacra sit Sacerdos, 1160...
- §. 39. Si quis in susceptione sacrorum Ordinum non habuit vo...
- §. 40. Si Sacerdos simul & Religiosus peccet contra castita...
- §. 41. Si obligatus voto castitatis peccet cum alio obligato eo...
- §. 42. Si quis voto castitatis obligatus alium voto non obli...
- §. 43. Si Novitius religionis peccet contra castita...
- §. 44. Contrahitur sacriligium, si quis re consecrata vel be...
- §. 45. Non est gravis irreverentia, si quis fornicetur habens...
- §. 46. Circumstantia temporis facti, v. g. quod carnaliter pecc...
- §. 47. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...
- §. 48. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...
- §. 49. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...
- §. 50. Si sponsus vel sponsa peccat contra fidem in sponsali...



